NELLE FAUSTISSIME NOZZE DEL N. H. GIORDANO EMO-CAPODILISTA...

Sebastiano Melan, Niccolò Tommaseo



NELLE FAUSTISSIME NOZZE

DEL N. H.

GIORDANO EMO-CAPODILISTA

COLLA N. D.

LUCIA MALDURA

ORAZIONE

PADOVA

EDIT. TIPOGR. DEL SEMIN.

1823.

VIRO NOBILISSIMO

FERDINANDO MALDURA

CANONICO

CATHEDRALIS ECCLESIAE PATAVINAE

F.

Quum sentiam me jamdudum multis nominibus valde obstrictum Tibi, Praestantissime Praesul, devinctumque clarissimae Familiae Tuae, cujus Tu modo aetate et dignitatis honore praecipuus es; probeque simul intelligam, nihil de meo Tibi Tuisque amantissimis Fratribus me posse offerre, quod fausto ac felici hoc die Vobis aliquo modo conveniat; ideo cogitavi saltem de alieno indicium dare meae erga Vos observantiae et significationem debitionis antiquae. Decrevi itaque luculentam Orationem exhibere,

AL NOBILISSIMO UOMO

FERDINANDO MALDURA

CANONICO

DELLA CHIESA CATTEDRALE
DI PADOVA

F.

Monsignore! I doveri non pochi, che a Voi da gran tempo mi stringono ed alla rispettabile Famiglia Vostra, di cui per onore e per anni Voi siete or primo, io gli sento nel cuore: Ma veggend'io non potere in quest'oggi a Voi, Monsignore, e a' Fratelli Vostri amantissimi niente offerire del mio, che a nuziale festività si convenga; pensai dovervi almen porgere cosa altrui, quasi pegno recente di stima e gratitudine antica. Eccovi adunque Orazione ben degna di luce da quell'Uomo di

quam haud ita pridem publice pronuntiavit Vir egregius multis abhinc annis summa cum laude Studiorum Praefectus in Seminario, litterarum scientiarumque scientissimus, recens cooptatus in ordinem Canonicorum Ecclesiae Patavinae. Quam quidem suapte sponte eleganter, splendideque et libere italam fecit Juvenis praestantis ingenii, et utriusque linguae studiosissimus: qui quantum valeat in hoc linguarum genere, ex hoc uno facile licet intelligi. Vix igitur auctor latinae Orationis versionem hanc fecerat mihi notam ob eam, quam semper erga me singularem benevolentiam ostendit, quum mihi continuo incredibiliter gavisus sum; rogavique, ut liceret utramque in sua specie et forma emittere in lucem in hac Vestra communi jucunditate, eo etiam consilio, ut teneri quoque Nepotes Vestri eas facilius gustare possent, atque ita incitamentum habere ad excolendam linguam romanam; ex qua, crescente eorum aetate, derivarent vim, elegantiam, gravi-

scienze e di lettere ornatissimo, valoroso da molt' anni Prefetto degli Studj nel Seminario, or Canonico della Vostra Cattedrale, testè recitata; e da un Giovane d' ambe le lingue amantissimo per suo diporto liberamente tradotta. Comunicata che l' autor m' ebbe per effetto di sua singolare benevolenza questa versione, io ne gioii meco stesso: e nel pregai, che quali erano, l' una e l' altra lecito fossemi in questo a Voi lieto dì porre in luce. Così potranno anche i teneri Vostri Nipoti più facilmente gustarla, ed invaghirsi vie più della lingua romana, da cui crescendo attinger denno la forza, l' eleganza e la gravità del sermone, e dai classici di lei Scrittori trarre gli esempli di quel nobile oprare, di quell' alto sentire, in cui sta la sapienza, fuor di cui non puot' esserci dottrina vera.

tatemque sermonis, et praeterea a priscis Scriptoribus classicis haurirent notitiam rerum nobilium atque magnarum: in quo qui praestant, sapientes habentur; a quo qui distant, inter doctos censeri non debent.

Id etiam mecum in animo reputavi, Opusculum ne a Vestris quidem carissimis Neptibus, quae ad animi culturam ea lingua imbuuntur, quae ab romana originem habuit, ab eaque amplitudinem et nobilitatem expressit, esse prorsus alienum. Quum enim commendetur ea virtus, quae aurea mediocritas appellatur, sita inter extrema vitiorum, et hujus virtutis viva exempla ostendant sese et occurrant in Vestra et in ea domo, quam multo nobilissimam Familiae Vestrae splendidissimae nuptiali foedere modo conjungit amabilis Filia Parentis optimi, Neptis Vestra princeps, aetate puella, decore matrona, castique amoris suavitate veri nominis sponsa; quid ni plurimum praeterea valeant iis ipsis praeclari oratoris hortamenta, tanquam to-

E neppure alle Vostre Nipoti, fanciulle carissime, che abbelliscon lo spirito con quella lingua, ch' ebbe dalla romana principio, incremento e dignità, quest' Opuscolo al tutto credetti estraneo, nel quale commendandosi la virtù di quell' aurea mediocrità, ch' egualmente da' due vizj estremi è distante, e di cui vivi esempj s' incontrano nella splendididissima Vostra Famiglia, ed in quella nobilissima, in cui oggi entra l' amabile Figlia di un degno Padre, Nipote Vostra, d' anni fanciulla, d' atti matrona, di tenerezza e sensibilità vera sposa; io mi spero, che del chiarissimo oratore i consigli saranno alle minori Sorelle quasi precetti all' amore di questa divina virtù. La quale se negli ignobili e poveri petti è lauda-

tidem praecepta ad hanc ipsam virtutem amandam? Si enim haec aurea mediocritas laudabilis in iis etiam est, qui nec nobiles, nec locupletes sunt; quanto plus debet mirabilis in illis esse, qui faustitate omnis generis cumulati, sunt in primis clari sanguine, et nobilitate titulisque maxime insignes?

Habes igitur, Vir eximie, sensa animi mei cum Tuis communicanda Fratribus, atque etiam cum Sorore, lectissima femina, quorum tanta est aequitas et moderatio conjuncta animorum concordiae et gratiae, ut propterea Vos civitas universa jure miretur.

A. A.

bile, meravigliosa dee credersi in quelli, che per chiarezza di sangue e di titoli, e per abbondanza d'ogni agio principalmente risplendono.

Monsignore! Son questi i sensi dell'animo mio, ch'io Vi priego far noti in particolare a ciascuno de' Vostri Fratelli, non che all' aurea donna Sorella Vostra; Famiglia egregia, la cui moderazione, equità e vicendevol concordia all'intera città son giustissimo obbietto di maraviglia.

ORATIO

Quum summus omnium artifex et conservator haec magnifica opera, quae nos circumstant, caelum, astra, terram, maria, montes, animantia, ceteraque multitudine infinita ex nihilo eduxerit atque perfecerit; singula et universa tam miro artificio ac providentia disposuit, ut ex apta partium convenientia pulcritudo, ex consequentium rerum cum primis conjunctione veritas, ex omnibus demum earum actionibus ac motibus temperatis ad finem uniuscujusque naturae proprium bonitas eluceret. Ad hujus ordinis praestantissimi exemplar, non a casu fortuito, sed a conditore sapientissimo constitutum, ab eoque necessario pendens, si omnia, etsi muta et ratione carentia, unanimi conspiratione certant sese conformare; quanto magis excellentissimum illud animal divina mente et consilio praeditum, homo videlicet, ad eumdem ordinem religiose tenendum atque servandum obstrictus est? Quum enim ipse prae ceteris animantibus cogitatione et prudentia valeat, ideoque imitandi, intelligendi,

ORAZIONE

Quest' immenso teatro di maraviglie, che ne circonda, questo cielo, quest' astri, questa terra, quest' acque, questi animali, sì perfetti usciron di mano dell' artefice eterno, e con tale artificio di provvidenza disposti, che dalle membra della gran mole, e dal tutto dovesse una triplice armonia di bellezza, di verità, di bontà risuonare; bellezza che nella convenienza delle parti, verità che nell' ordine delle cause, bontà finalmente che nella consonanza de' mezzi al fine ha suo fondamento. E se a quest' ordine magnificentissimo, effetto non già del caso, ma sì di quella necessaria sapienza, che ad ogni istante conservandolo il crea, tutte servono le inanimate e le irragionevoli cose; come non sopra tutte dovrà l' uomo servire, alta immagine della mente divina? Come non dovrà l' animale di tutti sovrano per le facoltà d' imitare, d' intendere, d' appetire, al vero, al bello, ed al buono infaticabilmente anelare?

appetendi facultate maxime praestet, nonne ad id solummodo, quod pulcrum, quod verum, quod bonum est, mature dirigatur oportet?

Verum insita in animo libertas, quae nos distinguit a belluis, saepe numero in causa est, quamobrem humana mens propriis studiis et propensionibus obtemperans, ultra justos naturae limites vel nimis fidenter provehatur, vel eos infra nimis timide se trepidanterque contineat. Sicut enim in sagittando, ita in qualibet actione mortalium facile est a meta aberrare; signum vero attingere, summi demum laboris est et artificii; eoque magis, quod ad summum quasi apicem una tantummodo via est, ad errorem autem innumerabiles. Socordia enim, quae nihil audet generosi, cupiditas, cui nihil satis est, animos a recto gloriae curriculo utrinque distorquent, eosdemque cogunt per anfractus et angustias viarum divagari vel nimium sese efferendo, vel se nimium abjiciendo; avium instar illarum, quae quum pedibus careant, alterutrum necesse est, aut ut irrequieto volatu defatigentur, aut ut jaceant humi miserabiliter.

Optanda est igitur, sicut in omni fortuna, ita etiam in rebus ingenuis aurea mediocritas et modus, si decor, si veritas, si honestas desideratur.

Se non che per abuso di quella libertà, che sui bruti c' innalza, l' anima umana sovente da falso talento inescata, oltre i limiti di natura si slancia, o per soperchio di timidità se ne arretra. Ella è come un trar d' arco ogni azione degli uomini; che facil cosa è l' errare: ma cogliere appunto nel segno, malagevolissima; e tanto più che la via vera è pur una ed angusta, le false innumerabili ed infinite. Dal cammino trionfale della gloria quindi viltà, quinci ardire le menti rivolvono de' mortali, per angusti sentieri e distorti guidandole, e or giù traendole troppo, or tropp' alto: alla guisa di quegli uccei senza piedi, cui forza è sempre o stancar l' aura co' vanni, o giacersi miseramente alla terra.

Invocar si conviene pertanto, siccome nella domestica fortuna, così nel resto delle umane cose quell' aurea mediocrità, ch' è bellissima del decoro, del vero, e dell' onesto nutrice.

Rectius vives, Licini, neque altum
Semper urgendo; neque dum procellas
Cautus horrescis, nimium premendo
Litus iniquum.
Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti, caret invidenda
Sobrius aula.
Saepius ventis agitatur ingens
Pinus; et celsae graviore casu
Decidunt turres; feriuntque summos
Fulmina montes (1).

Quapropter quum hodie publice mihi dicendum sit coram adolescentibus, qui in hoc domicilio aluntur, ut doctrinarum studiis et praecipue disciplina ad decorum, ad verum, ad honestum instituantur, propositum mihi est iisdem edicere atque ostendere, mediocritatem (2) quum in lit-

(1) Horat. Carm. lib. II. od X.

(2) Mediocritatis nomine id vulgo intelligi solet, quod medium est inter infimum ac summum, et idcirco nec prorsus laudabile, nec omnino spernendum est. Sed haec notio infimi, medii, summi earum rerum propria est, quae, quando inter se comparantur, dissimiles gradus habent magnitudinis, excellentiae atque praestantiae; minime tamen locum habet, ubi de naturali et intima rerum pulcritudine, veritate, bonitate sermo est. Quum enim res quaeque pulcra, vera et bona tum solum in sua quasi sede consistat, quum media reapse est inter extrema, ecquis non vi-

Fuggi, Licinio, l'alto mare infido;
Ma non sì che timor di ria procella
Ritenga ognor la cauta navicella
D'accanto al lido.
Aurea mediocrità di vil capanna
Il disagioso lezzo ave in dispetto,
Fugge il vano fulgor d'aurato tetto,
Che invidia appanna.
Alta torre, caggendo, alto rimbomba;
Scuote al superbo pino Euro la fronte;
Frequentissima in vetta ad arduo monte
La folgor piomba.

Oggi adunque il ragionar ch'io farò a questo fiore di gioventù, che qui cresce al dolce amore del bello e del vero non men che del buono, sarà tutto in provare, come quell'aurea mediocrità, di che intesi finora (1), *nelle letterarie instituzioni e scientifiche, al paro che*



(1) *Mediocre volgarmente dicesi cosa, che non è nè ottima, nè pessima, e però nè del tutto laudabile, nè del tutto vile. Ma questa gradazione di sommo, di medio, e d'infimo ha luogo nel paragone, che si fa di più cose di pregio e misura diversa, non quando si tratti della naturale verità, bellezza, e bontà della cosa in se stessa. Poichè siccome non ci ha bello, non vero, non buono, dove non sieno egualmente sfuggiti i due estremi, così la mediocrità, che egualmente dagli estremi è distante, dell'ottimo è madre. Mediocrità dunque appo i saggi non è vocabolo di vil*

teris ac scientiis, tum in moribus, tanquam certam optimi regulam, esse adhibendam. Mihi difficile argumentum suscipienti praeluceat humanitas et sapientia Maecenatis amplissimi (1), quo praesente splendet apud nos honor virtutis, et artes optimae hilarantur; arrideat comitas vestra, Reverendissimi Viri, Ecclesiae Cathedralis decora, in quorum conspicuum ordinem recens cooptatus unum hoc summopere vereor, ut vestrae dignitati satis respondere possim, et ejus liberalitati, qui me, etsi reformidantem, tanto tamque praeclaro munere ornandum esse putavit, sociosque meos et comites consimili honore ad decus Seminarii et Regiae Universitatis judicavit esse cumulandos; vester demum favor adspiret, nobilissimi Professores, ceterique Auditores ornatissimi, quorum honestor frequentia. Quod si me huc prodeuntem semper alias tanta benevolentia ac studio sustinuistis; quaeso obtestorque, ut praesertim nunc eumdem me in hoc discrimine suprema vice constitutum excipiatis singulari benigni-

det, id omne quod pulcrum, quod verum, quod bonum est, revocandum esse ad suam quodque mediocritatem? Quae quidem vox apud Sapientes non quidpiam commune atque vulgare sonat, sed quid nobile et excelsum: ut propterea, mediocritate sublata, omnis ratio verae laudis tollatur. Quare Tullius: (*Offic. l. I. c.* 36.) *Mediocritas optima est.*

(1) Modesti Farina Epis. Patav. Equitis Ordin. Austr. Cor. Ferreae et a consiliis Augusti.

nelle morali, esser dee l'unica norma di perfezione. Compagna, anzi scorta al mio dire sia l'umanità d'un amplissimo Mecenate (1), *per cui le virtù e l'arti tutte ridono altere; la bontà vostra Monsigg. Canonici, onore di quest' inclita Cattedrale, al cui novero aggiunto anch'io non ha guari, temo non poter pienamente alla vostra dignità corrispondere, ed alla liberalità di colui, che col titolo a me (quantunque immeritevole), e a' miei compagni largito, volle di nuovo lustro il Vescovil Seminario e la Regia Università corredare; il favor vostro all'ultimo, nobilissimi Professori, Uditori quanti siete ornatissimi, accompagni, ripeto, il mio dire. E poichè tutt' altre fiate in simigliante cimento la vostra cortesia mi sostenne, tanto di lei mi confido in quest'ultimo, che qui nel cominciare per sì costante benignità gratitudine vi consacro, qual si dee, profondissima ed immortal ricordanza.*



senso e plebeo, ma di nobile e pellegrino: e senz'essa non è vera laude. Ottima è la mediocrità. *Cicerone.*

(1) Modesto Farina Vesc. di Pad., Cav. dell'Ordine Austriaco della Corona di Ferro, e Consigliere di Gov.

tate et gratia, quam, dum spirare potero, gratissima voluntate prosequar et memoria sempiterna.

Atque ut a litteris exordiar, pulcherrimum censendum est illud, quod nec accessione, nec detractione rei cujuspiam melius fieri potest; quod neque angustius, neque latius, neque liberius, neque adstrictius, neque altius, vel humilius, quam res, quam veritas postulat, potest esse; quod denique utriusque extremi vitia ita declinat, ut aureae mediocritatis notam insignem praeseferat. Duo itaque sunt, quibus finitur tanquam limitibus pulcri absolutio atque perfectio; quorum primum est, ne quidquam absit, quod convenit; alterum, ne quidquam supersit; videlicet ne plus, ne minus sit in re quaque laboris, artificii, ornamenti, quam satis est ad ejus dignitatem. Est enim omnibus in rebus medium quid, quod spectare debemus tanquam summum et ultimum, a quo si aberratio fiat, sequitur turbatio ordinis atque deformitas.

Inter duos hosce limites media consistit natura, artifex peritissima, quae Solis instar suam nunquam orbitam praetergredientis ad eosdem limites omnia exigit, caelestia atque terrestria, animata et inanima, ut in suo quaeque genere perfecta sint. Quam mira lucis est temperatio, ne aut oculorum aciem debilitet, si splendeat exiliter, aut nimio fulgore perstringat emissa co-

Incominciam dalle lettere. Bella sopra ogni altra è a stimarsi quell' opra dell' arte, cui nulla troveresti da aggiugnere o da scemare; che se più diffusa od angusta, più elevata o dimessa, più composta o libera fosse, cesseria d'esser bella: bellissima in somma è quell' opra dell' arte, in cui rilevato si scerna il suggello dell' aurea mediocrità. Due pertanto del bello son come i limiti, l'uno che dall' eccesso, l'altro che dal difetto il diparte: onde in ogni lavor dell' ingegno nè più nè men d' arte, nè più nè men d' ornamento trasparir dee che il subbietto non soffra. Hacci in tutte le cose di quaggiù certo punto di mezzo ch' è quasi la meta suprema di perfezione: se quinci trasvii, inordinata e mostruosa difformità ne consegue.

Tra' quali duo limiti meravigliosissima artefice siede natura, ch' a par del Sole non mai la propria orbita travalicando, e le terrestri e celesti, le inanimate ed animali cose alla stessa misura incommutabile riducendo, tutte le rende in lor genere perfettissimamente belle. Questa luce del giorno, temperata in guisa da non tornare a' riguardanti per troppa

piosius! Quam sapienter definiti astrorum cursus, ne nimio vel accessu, vel recessu terrae officiant! Quo artificio multiplex sonorum harmonia terminatur ac fingitur, ne vel prorsus incondite, vel nimis molliter fusa fastidiosissimum aurium sensum afficiat satietate! Jam sanguinis cursu nec valde remisso, nec nimis concitato humani corporis sanitas efflorescit. Nonne plus delectamur cibo parce condito, quam exquisitius elaborato? Agri vero non sterilescunt, et senticosa stirpium asperitate vastantur, deficiente succo, quasi adipe terrae, et pinguitudine? Ea vero exuberante, non herbarum fruticumque circumquaque serpentium luxurie densantur ac silvescunt? Omnis demum naturae species et ornatus adeo decens est, adeo aequabilis et concinnus, ut cum lepore gravitas, negligentia cum artificio (1), simplicitas cum elegantia, cum majestate facilitas ubique compareat.



(1) Hoc ipsum notat et observat egregius Vir Jo. Bapt. Talia in opere recens vulgato, libenterque a doctis excepto, cujus inscriptio: *Saggio di Estetica. Alcuni oggetti campestri stanno così tra il rozzo ed il culto che non possono essere pure un poco mutati senza discapito.*

fiochezza inutile, nè dannosa per troppo bagliore; queste armoniche vie de' pianeti, che se più vicini rotassero o più lontani, il grand' ordine dell' universo n' andria perturbato e dirotto; questa di suoni melodia svariatissima a tal proporzione informata da non percuotere con lo scabro rimbalzo l' orecchio, dilicatissimo senso, nè con la tenue digradazione ammollirlo; questo fiore di sanità, che l' uman corpo colora, sol quando il sangue nè lento troppo, nè troppo incitato discorra; questo gusto stesso materiale del palato, cui molce l' acconcio condimento de' cibi, non già l' imbandigione squisita: e questa infine maestosa bellezza della coltivata campagna, la quale, ove manchi il vital succo, e quasi midollo terrestre, isterilisce e s' impruna, ove abbondi, di piante inutili lussureggia: tutto in somma l' aspetto magnifico dell' immensa natura, leggiadro sì che alla grazia la gravità, l' artificio alla negligenza (1), la semplicità all' eleganza, la facilità alla grandezza risplende ovunque accoppiata; tutto, dissi, ne accen-



(1) *Osservazione è pur questa del dotto autore del Saggio di Estetica. Alcuni oggetti campestri stanno così tra il rozzo ed il culto, che non possono essere pure un poco mutati senza discapito.*

Quum itaque pulcritudo, quam artes ingenuae spectant, et ad quam tendunt, quaedam debeat esse forma naturae omnium animis oculisque obversantis, nonne opus est, iisdem ut prope finibus contineatur, quibus ipsa naturae forma et species continetur (1)? Omnem artis praestantiam, inquit Aristoteles, conservat mediocritas, quae demum una pulcri custos est, quae parens doctrinae, quae certus ambitus est, quasique ora extrema cujusque rei sublimis atque magnificae; intra quam exsultantius excurrens ingenium reprimitur; cunctanter et verecunde incedens incitatur; vagum et errans ad veritatis et rationis normam componitur, ut inde ordo, proportio, harmonia splendescat. Haec, ut ita dicam, patria sedes est, quasique regia Pulcritudinis artium



(1) In hanc meam sententiam conspirat etiam Vir litteraturae et pulcherrimarum artium peritissimus Antonius Diedo in eo sermone: *Sulle picciole differenze:* quem docte eleganterque habuit Venetiis in Aula earumdem artium ann. 1820. *Vero sendo mai sempre, che nelle fedeli rappresentazioni di qualunque specie, il perfetto vien chiuso da determinati confini, e consiste in quel punto, in cui il non ferire è sbagliare.*

na, che il bello delle arti (esser dovendo il ritratto del bello della natura in ogni anima sculto, e ad ogni occhio splendente) esser dee alla medesima regola della naturale aurea mediocrità conformato (1).

Mediocrità, dice Aristotile, è il sommo dell'arte, del decoro custode, madre del senno, termino e quasi lembo del grande e del sublime, che gli audaci ingegni rifrena, che incuora i timidi, che ridirizza gli erranti, tutta proporzione, tutt' ordine, tutt' armonia. Quest'è, direi quasi, la patria, questa la reggia della Bellezza: piacevol Dea, la cui fronte è serena, incarnato il colore, il portamento modesto, l'abito virginale, la sincerità incantatrice, che innamora, e le bell'anime di nettarea voluttà riconforta: simile a rosa, che allor più olezza e s'innostra, quando non troppo nè chiusa ned aperta sorride. Scriviam dunque al sommo di quella porta, che al tem-

(1) *Concorre in questa opinione il dottissimo di belle Lettere ed Arti Antonio Diedo nel suo elegante discorso* Sulle piccole differenze, *recitato nella regia Accademia di belle arti an.* 1820. „*Vero sendo mai sempre, che nelle fedeli rappresentazioni di qualunque specie, il perfetto vien chiuso da determinati confini, e consiste in quel punto, in cui il non ferire è sbagliare.*

optimarum. Cujus quidem pulcritudinis serena facies est; cujus color non fucatus, sed nativus; cujus habitus virginalis, et incessus non pronus ad mollitiem, sed gravis et compositus, cujus demum ea species est, adeo sincera, amabilis adeo, ut animos invitet, pertrahat, alliciat simul, et summa voluptate devinciat; similis melitensi rosae, quae formae gratia et odoris suavitate tum magis placet, quum nec nimis anguste clauditur, nec nimis effuse explicatur. Non igitur mihi videor a vero aberrare, si dicam ante vestibulum Pulcritudinis, tanquam matronae honestissimae, hoc poni monumentum ex marmore oportere: *Non excedes ex orbita*. Ex quo propterea vestibulo arcenda longius audacia; quae sese movens nunc more gladiatorio, nunc mole gigantea, dum spernit humum et caelum scandit, praeceps ridenda delabitur; arcendus nimis humilis timor, qui vultu contracto ac pede suspenso nescit uti et frui ea nobili libertate, qua donatus est animus a liberalitate naturae. Sunt haec duo ea vitia, velut hostes finitimi, etsi indole diversi, qui praescriptos fines praetergressi audent legitimam pulcritudinis possessionem occupare, ejusque quasi arcem invadere. Quam quidem arcem, ne expugnari queat, circumdat regale flumen, quovis vallo fortius, e fontibus Graeciae et Romae derivatum, quod nunquam arescit ob aqua-

pio dell' alma Diva conduce, scriviamo d' aureo colore queste parole:

Tien gli occhi al centro, e non escir di traccia.

Lungi pertanto dall' alte soglie quel pazzo ardimento, ch' al cielo lanciandosi con isforzo, non so se dir deggia di gladiatore o di gigante, precipita giuso al suol tra le beffe: e lungi quella viltà che con fronte accigliata, con piè sospeso, o non osa, o non sa porre ad uso la sacra libertà, di che larga fu all' anime de' mortali Natura madre. Ecco i duo vizj, che quasi nimici finitimi, quantunque opposti, oltre i limiti segnati s' avventano ad occupare il legittimo patrimonio e gli ameni campi del bello: se non che d' ogni vallo più forte scorre intorno a difendergli quel regal fiume perenne da' greci fonti e romani dirivato, che non mai per dannosa ridondanza straripa, nè per inopia vien meno.

rum perennitatem, nunquam nimia earum copia redundat et exspatiatur.

Atque ut ab imagine ad rem veniam, et ab allegoriis ad propria descendam, romana tantum attingens, relicta Graecia; in pervetustis Ennii versibus etsi rude quiddam inest et antiquum, quae tamen latet gratia et verenda majestas! Quae nobilitas cum simplicitate conjuncta in Lucretio! Virgilianae porro tubae clangore quid magnificentius et splendidius, quid temperatius simul et suavius? Grandiloquus est venusinus olor, servatis tamen juribus pulcritudinis elevat sese mirifice et extollit; argutus et flexanimus Ovidius est, nullius imitator, nullique idcirco imitabilis; altos gravi in pectore spiritus gerit Propertius; par vero nobile poetarum, Catullus et Tibullus, quo alter lepore et concinnitudine, qua nobilitate alter et comitate animos oblectat! Neque jam poesi quidquam concedit romana eloquentia, sive in dicendo oratores consideres, sive in narrando historicos; eminet in Tullio magniloquentia, sed remota ab audacia; festivitas, sed expers scurrilitatis; naturae vox plena ac nativa, sed nescia garrulitatis; excellit in historia jugurtini et catilinarii belli scriptor princeps Sallustius, flammatus et vehemens in concionibus, in narrationibus lenis ac nitidus; quem non magis Africae solum illustrasse dicas, quam Ro-

Esciam di figura, e lasciata la Grecia, di Roma sola parlando, chi è che nella rude ed antiqua, ma grata e venerabile maestà d' Ennio padre; nella robusta, eppur semplice sublimità di Lucrezio; nel forte e magnifico, ma dilicato suono e soave della tromba virgiliana: nella lirica, eppur filosofica altezza del cigno venosino: nell' arguto, ma tenero ingegno del non imitatore e non imitabile Ovidio; nello spirito grave ed insieme ardentissimo di Properzio; nella candida grazia ed insieme a sì nobili e gai colori variata di Tibullo e Catullo: chi è (per venirne a' romani oratori ed istorici non de' poeti men grandi) chi è, che nell' augusta, ma non audace, festevole, ma non plebea, numerosa e fluente, non ridondante nè garrula ciceroniana eloquenza; e nella fiamma vibrata, ma nitida delle concioni e de' caratteri sallustiani, fiamma che di se chiara fè l' Africa non men che Roma; e nella diligente negghienza, con che suoi gallici trionfi e civili d' ingenua luce distinse il domatór della regina del mondo; e nella ignuda, ma casta sincerità di Cornelio; e nell' acre non men che lattea liviana facondia, (di cui basteria a sommo encomio il sapere, che visitatori ebbe

mam; excellit alter scriptor belli gallici et civilis, rerumque romanarum Caesar, qui Commentarios ingenuis luminibus distinguit; eos tamen, quo ornatiores appareant, neglectu omnis ornatus videtur de industria describere; Cornelius quoque suavitate et candore praeclarus; Livius denique maxime praestat, lacteus in ipsa historia eloquentiae fons; ad quem de ultimis Hispaniae Galliarumque finibus quosdam nobiles Romam venisse legimus; et quos ad sui contemplationem civitas celeberrima non traxerat, unius hominis famam perduxisse. Adeo in his prodit sese artificium ac virtus naturae: cujus caput est decere, nec longius progredi, nec inferius consistere, quam res, quam ratio et pulcritudo postulat (1). Intueor etiam e nostris illustres animas veteribus romanis similes, immo pares, Franciscum Petrarcam, cujus ego modo sedis ac dignitatis impar et verecun-



(1) Mecum sentit Vir clarissimus Antonius Meneghelli Rector Magnificus Caesareae Reg. Universitatis in ea splendida Oratione, quam ad studia instauranda hoc anno publice pronuntiavit; in qua ostendit litterarum cum scientiis cognationem, statuitque certa in litteris confinia sive limites

»Quos ultra citraque nequit consistere rectum.

Il poeta, che i più riguardano come un inspirato sciolto da ogni freno dell'accigliata ragione, più degli altri abbisogna di questo provido filo, che nell'ardimentoso cammino lo guidi. Vid. pag. 9.

